DE SERENISSIMI ATQUE INVICTISSIMI PRINCIPIS LOTHARINGIÆ ET BARRI DUCIS...

Jean Héraudel

AVTHOR ÆTATIS lxxv.

Ad Zoilum.

CArmina quod ſcibam nè Zoile riſeris, eſto
Inficiat noſtrum longa ſenecta caput,
Nèue putes veterem deliramenta Cothurnum,
Vatis nulla Aetas inſpicienda Boni eſt.
Corporis imminuit vires, non Mentis acumen,
Sepèque nil Senij Muſa ſenilis habet.

Typographus Lectori.

Delirare Senem qui dixerit iſta legendo,
Dico ego, quod quantum deſipit, ille ſapit.

POST exhantlatos infesti Turbinis Æstus
Quâ virtute decet generosi Martis Alumnũ
Præstitit & Lotarũ decus immortale Monarcha
Tempore nec modico sed lustru quinq; peractũ,
Victor ab Excubijs Princeps reuocatur Iberis
Carolus, Austrasiam repetit, patrioſq; Penates:
Vnde reuersum, cum nec sperare liceret,
(Tam mora longua, parum expectata, tametsi
Libertas optata diu) Lotharingia quorsum
Nil opis aduertens propria, ferat illa potentis
Excelsi dextra solâ virtute reuersum,
In commune bonum, priuatorumq; salutem:
Quorsum etiam grates illi studiosa rependat,
Strictius obseruet, laudet, veneretur, adoret,
Et suus in redueem cultus propensior extet.
Præteriti meminisse iuuet plerumq; laboris
Non tamen hic referam qua, qualia, quantaq;
passus,
Quidue jtidem orbati tanto munimine eiues.
Talia namq; putes quorum meminisse puderet,
Horrorem incutiant si forsan scripta legantur,
Lætitiæ locus est, nil quod fastidiat obsit.
Noscere præstaret solum cur ille, suiq;
Jlle sui, nulloq; etiam discrimine sexus

Auſtraſiam, Europa ſi qua eſt florentior vna
Partibus a multis, populo numeroſa frequenti,
Quamq; Ceres, quam Bacchus amat, quam
pabula dicant:
Quippe Pagi ſapé vnius, bis mille gregatim
Deductas ſpectabis Oues, Armentaq; circum
Plurima, fœcundũ per paſcua carpere gramen.
Exertos fodiendo Sues depaſcere Bulbos,
Vicani ſyluis quos poſtea glande ſaginant,
Denſaq; tondentes alibi Dumeta Capellas.
Hic ſegetes varia, genus omne leguminis illic
Aruorum cultuſq; loci, diſtincta nouiſq;
Altera ſeminibus pro tempore culta ſerendis:
Quò fœnum elicias Pratorum iugera multa,
Plurimaquòq; Merũ tumidis vineta racemis.
Fluminibus, ſtagnis, liquidiſq; Prouincia nulli
Fontib⁹ inferior, lignis, fago, Abiete, Quercu,
Vrendiq; alys nec forté ſecũda ſtruẽdi.
Plantarũ generis diuerſi vberrima, frugum
Non min⁹ aſpectu grata, gratiq; ſaporis
Vmbroſi ſaltus ſuluarum ſponte ferarum
Paſtio, ſeceſſus, ſetoſarumq; cubile.
Auſtraſiam natale ſolum, quo dulcius vllum

Orbis totius patulis vix tractibus extat,
Apta cui morbis nec desunt balnea, fontes
Virtutis Medicæ, luteũque Malagma Podagris
Noueris & magni reditus gaudere Salinis,
Fodinis itidem variis, varyq; Metalli,
Quæ ferri plures, aliqua sunt æris & Auri,
Sunt Stanni, Argenti, Plumbiq;, sed hactria quamuis
Vnâ deducas venâ, nec mixtio Stanni
Vlla nec Argenti, nec Plumbi, fusa liquoris
Talis quodque sui generis discrimine vero.
Sũt lapidũ quorũ, nomẽ Murra, Ochra, Gagates,
Cæruleum, Minium, Marmor, dicescit & illa
Multiplici Nitro (magis omnib') Amne Vogeso
Conchea non minimi nutritur Baccha valoris.
Quid plura, vna potest, quod plures posse videntur
Omnis Alũna Boni, fert omnis & omnia Tellus.
AVSTRASIAM NATALE SOLVM *liquére, tot Vrbes*
Totque Pagos, Ataũum Prætoria, Principis aulam,
Metropolim Patriæ NANCEIVM, *Nobile Grandis*

Conatus ſpecimen, quo nec præſtantius arte,
Ordine, ſtructurâ, cultu formàq; ſituq;.
Aſpice Munito Decumanas Aggere Portas,
Acceſſus varios, Media interualla, retortu
Liminibus Pontes, tereti munimina vallo,
Loricas foſſæ propedes. vigilumq; tabernas.
Solis ad occaſum Muros ſtagnum alluit, ex quo
Nancey Moletrina, noua nec innutilis vrbi
Mundandis riuus vicorum fœcibus, adhoc
Et grata eſt, alys inſeruit & vſibus vnda.
Quâ quoque parte Oriens nocturnas diſcutit vmbras
Planities Campo latè diffuſa patenti,
Planities, cuius Marthum decurrit ab Oram
Spectandum flumen, Salmones inde Minoru
Maiorú, Medyq; modi feré totius Anni
Piſcantur ſpatio, Capitones, Mullus, Aloſa,
Gobio, Tinca, Aphia, Cyprinꝰ, Percaq; ſemper,
Murena interdú, fluuys genus omne Natantú
Scabroſa, planaq; cutis, quos cruſta tegitq;.
Multarú hinc adnexa duo Priſtina Molarum
Vnde frumenta terat, fullones lanea texta
Deſquament, minima terebretur ferrea glandis
Fiſtula, & immites acuat Samiarius haſtas,

Ad Boream quatuor Decumanis, vna Maria 67
Nomen Porta refert, Vuis vineta ferendis
Seu quas Albedo seu purpura ritè venustant,
Commendant bonitas, Regiones vnde petũtur
Proxima collis alit, spaty non illa minoris
Distractus siquidem leucâ protenditur vnâ.
Barbarici saltus lenis sub cortice fagi,
Scabrosa Quercus, crassorum millia mille
Iugera lignorum supremum Montis acumen
Comburendorum vicanis nota, ministrat:
Arboribus pars ima satis, Aruisq; colendis
Pluribus inseruit, solerti grata pagano:
Planitie jacet inferiore Suburbium, & inde
Vicinis genus omne olerum cultoribus, ingens
Hortorum series Murthi deducitur Ora.
Altera Nicoleos sancti qua vergit ad austrum
Patroni Lotarûm spectato nomine fulget,
Nommis & cuius petitur Templumque, pa-
guſque
Et Pagus, & Templum, quorum veneratio
tanta est
Vt qui totius peragrarit Climata terra
Maiora dicat celebrari nulla per orbem:
Hoc Templi structura probat, miracula firmãt,

Fertilitasq; loci, paucis aquanda, tuetur.
Non procul Augustæ Prætoria Regia subsunt
Bina domus, plures distinctis cultibus Agri,
Hortulanorum sua cuiq; Tuguria, quadam
Hinc illinc sparsim Vicanorumque Taberna,
Cãpestres Monachûm Cellæ, loca sacra, Maria
Plurima, cuncta inter miri lectissima coloni,
Adde Pagos quatuor Catapulta cominus ictu.
Saltibus hic, illic cædentur ligna Vogesis
Ut deuecta iuuent, tenuiora iacentur in Amnẽ
Singula, quaque salem prosint fluitata coquẽdi,
Et priuatorum communes usibus escas.
Altera qua subsunt domibus Materia struendis
Axes, Capreoli, sublica, Trigniq; Trabesq;
Ad ripã congesta, simul junguntur & vndæ
Credita, Nanceiũ, Metas, Treuirumq; peritis
Remigio Nautæ subeunt, portusq; secundos.
Congeries ligni talis, tantique, grauisque
Sæpe oneris, gemat impositâ compage fluentiũ.
Naulgio Merces aliæ quá parte petantur
Aduehit & Murthũ facilis, reuehitq; subinde
Venales alias, socio plerumq; Mosellâ
Quem scias leuis solum distare duabus:
Intima Nancey lustres, veterisq; Nomeq;

Quanta Molis opus Domus est Augusta? stupenda,
Ornatus qualis? quantumq; exegit Auorum
Inclita posteritas, & Regia principis Aedes.
Loricati Equitis structura superbit, Equoq;
Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine, cuius
Maiorem adcultum festinum ex arte Toreuma,
Calatiq; Operis Lapides utrimq; venustant,
Altus & Lotara scutata genius Imago:
Hinc illinc podium, succedit porticus ampla,
Grandior a triplici camerato fornice xistus,
Cunctaq; structilibus validè firmata columnis:
Hæ quadrata quibus circondatur Area, subter
Perpetuus ad sedes aditus, cellaeq; penuq;
Singula communes quarum consperat in usus
Ad latus assurgũt superas quibus itur ad Aulas
Xistorum gemina rigido Molimine Turres,
Tetrachoras quippe est, ut partibus illa duabus
Altior; ida; strega triplex, Spectabile fabra
Dexteritatis Opus, seu quod tõ ingua vetustas,
Seu nova Soleri commendans tempora Cultu:
Ut quoq; sublimes circonstans undique Muri
Hos quadratorum Solidâ Compage coarctat
Saxorum Moles, delectus & ordo fenestras

Aedis ad Ornatum, rectâ componit Amussi.
Hic Oecus vigilum statio, Procœtion illic,
Non minimo festiua alibi conclauia luxu,
Marmore & Auratis prostât Cœnatula guttis:
Ingeniosa forum series, listostisbia tecta,
Colliquia, clatri, Talemones, culta supellex
Plus satis Augustas testantur principis Ædes,
Quas annexa duo sũmopere Templa venustãt.
Hortenses taceo Exhedras, viuaria, fontes
Areolas, flores, Citros & amena virecta.
Vt leo, vel Solo quantus dignoscitur vngue
Regia quanta foret, deductis conyce, namq;
Non opus est rerum perquirere singula nostra
Metropolisq; minus Nanceij, grandia quippe
Omnia sunt, miranda magis, quã dicere verbis
Sufficiam, possimque breui committere carta.
Nil veteri, nil Vrbe nouâ praestantius, vt qua
Illa sit inferior paucis, si catera spectes
Qua famam nec forte parum fœliciter augent.
Sunt Ades sacra, quarum Rectoribus vna
Diuini officij cura est, parochiumq; salutis,
Sunt & Cœnobiũm plures, sexusq;, statusq;
Disparibus vita Normis, & strictior ista
Plus aliâ, antiqui fundatorumq; rigoris,

Clarorum ſpectanda quoq; eſt Eccleſia lecti
Præſulerũm cœtus Cleri venerabilis Ordo.
Spectandum nec parus inopum ſpeciale tuuamẽ
Hoſpitium Cenſus, Parnaſsi montis Alumna
Vtile Gymnaſium proli, ſua Turris vtriq;
Culminis excelſi, noctuq; diuq; patentes
Exploratorum Attigia, deductus ab Agris
Riuulus ad nutum Maiores alluit vrbis
Antiqua vicos, Ciuilis tumq; ſenatus
Tum quoq; iudicij iunctim, domus ampla forẽſis;
Concinna plures alia, penetralia culta,
Innumeri fontes, & Equis ſua cuiq; lacuna,
Emporium, platea grandes, cur ſingula tento,
Percurrat qui fortè volet, ſatagatq; videre
Catera Nanceij celebrem teſtantia faſtum,
Campeſtres itidem tractus, vrbeſq; pagoſq; :
Hæ quibus & totos viginti quinq; per Annos
Poſſe fruſ, ne parte quidem liquet eſſe negatum;
Et cur, neſcio cur, Cauſam ne quærito, Cauſâ
Scilicet indictâ Lotaris arcentur ab Oris.
Vt tamen in quantùm præſtas, & Maior haberis
Intolerabilior tantum eſt iniuria læſo,
Cultior & Regio profugos priuatio vexat,
Quo ſenſu Natale Solum, tot CAROLVS *Vrbes*

Totq; Pagos liquit, tam culta Palatia, Cæli
Florentemq; Plagam, quo frater, quoq; sorores.
Nam si spectandũ genus est, flagransq; tuenda
Religionis amor, pietas, famosa Parentum
Nobilitas, ferè cunctarum experientia rerum
Magni digna Ducis, Belliq; peritia, virtus
Inclyta, victorum Solima generosa propago.
Si merita, Heroum inferior tu CAROLE, *nulli*
Quem sua sublimi commendant gesta Cothurno,
Nostra, vetusq; effert immensis laudibus ætas.
Sed licet Æneã, tum te quoq; jactet Achyllem
Ipsa sibi pretium virtus, nulliq; secundum,
Elogium maius tibi competet, Antèa quam
quod
Inter tot clades, dispendia sortis iniquæ,
Non expectato melioris sæpe regressu
CAROLE, *te solo nullum, nec forte futurum*
E Ducibus Lotaris, tota vix Orbe Monarchia
Mancipio sibi denuncta, & dispare sexu
Tam quæsitã, magis Optatum, nec plurimi amatũ,
Discessu, redituq; parem. Discedis, & Omnis
Protinus insueto squallet Lotharingia planctu,
Soluitur in lachrymas, Absentem deflet, ubiq;
Luctus, ubiq; dolor, non est numerabile quãtus

Presbiterj fudère preces, quot sacra litarent,
Quot plebs intacta turmatim sæpè petendo
Virginis ornarit votis, domosq; sacella,
Vt Deus incolumem seruet, saluumq; reducat.
Casibus infestus spes sit licet vltima rerum,
Non tamen humana quanta est Solertia Mentis
Huicj ratione datum, districtu victor ibero
Credere nec quisquam, lustris jam quinque peractis,
Debeat ad Patrios vnquam remeare Penates,
Prodigijq; instar tantâ cum laude reuersum.
Gratia Virgo tua est quod adhuc spes durat Auorum
(Nobile Lemma Domus) pro quâ tibj gratia nulla
Gratia nulla potest vnquam satis ampla referrj:
Patrona es lotarj votis ascita Ducatus,
Quorum laureti aduertes solemne videndum
Nec pretij minimi, minimiq; Torcuma laboris
Nanceum referens & singula quæq; minutim,
Emissi progerùm voti spectabile munus:
Nil obseruandum quod non insigniter æquet,
Tale opus, vt nunquam calator in arte peritus
Archimedonq; foret, dederit præstantius orbi

Te talem coluere Ataui coluere Nepotes,
Perpetuâq; colent & qui naſcentur ab illis
Annorum ſerie, poſſit cecidiſſe videri,
Inclinata ruit, tamen inconcuſſa reſurgat
Lemmate Præſago, cum nec ſperare licebit,
Lemmate Firmato, reducem ſat agente MARIA
Quatenus obſequio memori fidentius inſtet,
Auxiliatricem quoties oppreſſa rogauit
Rebus in aduerſis, toties experta Mariam.
Stat, ſtetit & ſtabit tanto Munimine fulta,
Fultaq; ſempererit MARIÆ *modo flagret amore,*
Nomen & Auguſtum cultu veneretur eodem.
Sed quem tot lachrymis mœrens Lotharingia
planxit
Optauit precibus, votis petytq; reuerſum
Excipiet tandem quali, quantoq; paratu?
Magnos Magna decẽt & Magno Principe digna
Æquales ſaltem depoſcunt facta triumphos:
Heroum Princeps Lotarîi reduma Propago
CAROLE? *tot tua ſunt, & tanto parta labore*
Vt quid agat, ſtudioſa paret, conetur & Auſit
Arcubus; Encarpis, Solemni & diuite pompâ
Pendere ſufficiat ſummum quem laude mereris
Velminimũ (quamuis impenſius Optet) honorem

Siquid in hoc peccet, peccet quia viribꝰ impar.
Vt tamen in magnis ſatis eſt voluiſſe, negarit
Fortè vbi condignum meritis æquare poteſtas,
Saltem aliquod grati pignus teſtetur amoris
Obſequyq; ſui, nec enim deuictior vlli eſt.
Attonitus hærere animis, & dicere plures
Quid tibi NANCEIVM *feſtiuus contigit, vt quid*
Tanta renaſcenti protendis gaudia voce,
*Quãtus Clamor (*AMOR *latitãs interciditEcho)*
Quippe colendus adeſt (& ADESTRESPÕDET *& illa).*
CAROLVS *vrbis amor,* LOTARÆ *ſpes vnica gẽtis,*
Expectata ſalus, exoptatumq; leuamen,
CAROLVS *inuictũ quem Belgia Martis Alumnũ*
Quem quoq; Gallus, Iber, gelidâ Germanus ab Arcto
Suſpexere Ducem propriâ virtute colendum.
Cuius ad aduentum triſtes ſecedite curæ,
Aſpera jam poſito miteſcunt tempora luctu,
Mutatur rerum facies, nox atra receſſit,
Et ſuus Auſtraſijs illucet Boſphorus oris
Nitidiore comâ, ſpectato purior Auro
Quem tot diſtidys fornax inimica probauit.
Bellica tormentis igitur maioribus Ætna
Exceptura Ducem reducẽ, ſummèq; colendum

Acciri Muris Satagat, deducta parari
Puluere sulphureo, fusis quoq; glandibus, Orũ
Quodq; sui, velut aduentus prænuncia fausti
Tales cuncta vomant, tantosq; accensa fragores
Tractibus vt variis audita, vrbesq;, pagosq;
Exhilarent, præstentq; Ducis noua signa reuersi:
Dispar in hoc strepitus, strepitu quem fulgur ab Alto
Excutit vmbrosâ compressum Nube, ruensq;
Impete præcipiti, tremulo quatit omnia motu,
Lætitiam siquidem præsagit, vt iste timorem.
Militu Electi fixus stationibus Agmen
Ante fores sistens quibus ingressurus, Ouantis
Excipiat stlopûm tonitru, reducemq; salutet,
Precedente Equitũ, magnâq; sequente Cateruâ.
Obsequio verbis habito, contextâ bombice & Auro
Vmbellâ, Proceres vrbis comitentur Euntem.
Interea renouent antiquos Tympana pulsus,
Festiuis lituûm clangoribus obstrepat Æther,
Io triumphe canat, repetat Plebs io triumphe,
Cimbala præ plausu saltant, & totâ quidquid in Vrbe est
Augustum celebret deducto Carmine Nomen.

Antè Domum sibi quisque accendi protinus
Ignem,
Candelis superas curret radiare fenestras;
Flagrantes prosient Igneo sole Rotatus
Crescentesq; Globi, decrescentesq; Sororis
Argento similes, rutilans intermicet Aer
Fictitys Bolidum stellis, caloque nouato,
Stemmatibus generis pateat laudãda vetustas,
Antiquum memoret successu Lemma perenus
Victrices Belli Lauros & Pacis Olivas,
Posteritasq; suis quibus ipse laboribus auxit
Singula, Cedrenus dispunctè insculpta tabellis
Virtutis monumenta sua immortalia seruet:
Detq; Deus (suplices orãti) det Nestoris annos
Magnanimi PRINCEPS *superet, det* PRINCIPI *tanto*
Quã famulus prestat, diuturnâ PACE *fruãtur,*
Longaque te demum post sacula CAROLE, *sanctum*
Excipiat, societq; tribus tam nomine Diuis,
Vt qui fortè Solo DVX *nominis ordine Quartus*
Nominis & Cœlo sis CAROLVS *ordine Sanctus*
Intercessorum numero fœlicitèr aucto,
Quorum subsidio dudum Lotharingia gaudet:

Nullus enim menſis, quo non Eccleſia ſaltem
Maiorum vnius celebret ſolemnia Diui,
Vnde etiã Auguſta Domui, ſi quãdo prematur
Nil deſperandum eſt horum tutamine fulta.
Nec mirùm tantos & Origine & Omine Diuos
Vendicet ipſa ſibi, non eſt addictior vlla
Romanæ Sedi, quæ ſic tutata fideles,
Oderit Auerſos a vero dogmate, nullum
Paſſa vnquam, tantuſq; foret ditione manere,
Omnibus & ſubito (ſi qui coluere) fugatus.
Aſcitoſq; ſibi te Nicolaeq; Patronos
Te Mariam (quamuis ſpeciali & diſpare cultu)
Plurus amet, magè ſuſpiciat, propenſius oret:
Dixerit vnde Luther Nidus Papiſticus, illa eſt,
Non parua aduerſis Patriæ fiducia rebus
PRINCIPIS *Exemplum tantâ cum laude*
REVERSI.

FINIS.

PATRIÆ

MOERENTIS PRÆ DISCESSV

OVANTIS PRÆ REDITV

BELLI & PACIS

CONGRATVLABVNDVM ANTHITETON

Absentẽ quoties tristis LOTHARINGIA *planxit*
ɔ *Tam* PATRIA *Charũ* PRINCIPEM *abesse piget.*
Presentẽ toties hilaris LOTHARINGIA *plaudit*
ɔ *Tam* PATRIÆ *charũ* PRINCIPEM *adesse juuat.*
Vix abit, infœlix rebus decrescit iniquis.
ɔ BELLVM *etenim* RADIX *omnis Alũna Mali.*
Vixque redit, fœlix rebus ditescit opimis.
ɔ PAX *etenim* NVTRIX *omnis Amica* BONI.
Qui dedit & BELLI finẽ det PACIS *& Author*
Sub tanto longâ PRINCIPE PACE *frui.*

2
1105

5853436

2·501

64